☞ c PRENESTE relegi. Vrbs olim fortunę templo in quo ſortes ibi inuente manu pueri verſabantur. Et clā culum docet ſtudioſum veritatis indagatorē ſeceſſu quodam potius quam hominū frequētia delectari. Relegi autem dixit. Nam tanta vis eſt homeri poeſis tanquā variis multiplicibus maximis. ſed penitus recōditis rebus referta. vt niſi pluries legatur profundi abſtruſiqꝫ illius ſenſus percipi non poſſunt.

d QVI quid ſit pulchrum. Sēſus dicit poeta lecto a ſe poemate homeri manifeſtius ſibi & melius exprimi ab eo philoſophie precepta quā ab optimis eius ꝓfeſſionis actoribus & chryſippo & Crantore. in iliade enī oſtēdit vitia hominum. in odyſſea p vlyſſis ꝑſonā virtutes demōſtrat.

e CVR ita crediderim. oſtēdit quod ex iis que de bello troiano ſcripſit facile nos doceat quot mala. ex hominū ſtulticia ex qua omnia vitia pullulāt. mortalibus ꝓueniāt
f AESTVS. Perturbationes & tumultus. Nā vt mare variis ventis agitatū ęſtuat ſic hominis appetitus variis ꝑturbationibus velut in quaſdam ꝑturbationes inſurgit.
g ANTENOR cenſet. Nā cū legati grecorum helenam raptam repeterent cenſuit antenor reddendam.
h SOLVS. Amatorie dictum. Nam ſine amica & ſi mille alii circumſtent ſibi ſoli eſſe videntur amantes. ergo ſolus. ideſt ſine helena.

i QVICQVID delirant reges &c. A recta via aberrāt trālatio ab aratore. qui a lira ſulco aberrat. lirare enī ſignificat agros in ſulcos dirigere.

k ACHIVI. Populares & plebei.
l SEDICIONE. Vt fuit achillis militum a reliquo exercitu.
m DOLIS. Quibus vlixes palamedem perdidit.
n LIBIDINE. Paradis.
☞ o IRA. Agamennonis. Homerus igitur hec referens docet vitiis et ꝑturbatiōibus omnes eſſe infelices. ſed tamē principium maius eſſe ſceluſ quoniam ſua delicta pluribus nocent.

p RVRSVS quid virtus. Quemadmodum quattuor & viginti libris iliados vitia humana expreſſit homerus ſic totidem aliis qui odyſſea continentur errores vlixis deſcribit qui nobis eius viri exēplar ponūt. qui paulatim variis vitiis ſe exuens ad virtutem que ſola nobis ad beatā vitā dux eſt ꝓueniat. vult aūt longo vſu & multarum rerum experientia illum ſapiētem effici. quoniam virtutes ciuiles cōſuetudine perficiūt.

q DOMITOR troię. Nā cū doctiſſimus poeta homerus longe plura ingenii. quā corporis viribus fieri ab hominibꝰ intelligeret. neqꝫ achillem. neqꝫ aiacem. neqꝫ diomedē viros fortiſſimos. ſed vlixem virum ſapientiſſimum vrbis euerſorem appellat.
r REDITVM parat. Reuertitur enim a troia. ideſt a voluptate qui vir ſapiens futurus eſt. & per varios errores rediit in patriam. ideſt ad originem animi ſui.

ſ ASPERA multa. Quia difficilimū eſt & ea que ſenſum demulcent aſpernari. & virtutem ipſam que ſine labore & ſudore nō perficitur ſequi difficilimū etiam mentem a ſenſibus reuocare. Hic Vir. Per varios caſus per tot diſcrimina rerū. Tendimus in latium ſedes vbi fata quietas. Oſtendunt fas illic troiana reſurgere regna.

t IMMERSABILIS. Nā vir ſapiēs nullius fortunę tēpeſtatibus immergitur.
v SIRENVM. De his ac de circe. deqꝫ multis aliis que ad vlixis errores pertinent copioſe in odis dictum eſt.

qntū ad mores ſine pru
f denta
Sub domina meretrice fuiſſet turpis & excors
viuendo fuiſſet .i.q.ſus in luto.

Vixiſſet canis immundus:vel amica lutoſus
numerum hoim adimplemus.

y
Nos numerus ſumus & fruges conſumere nati
ſumus ſimiles pcis vani vt nebula
z a
Sponſi penelopes nebulones alcinoiq;
nutrienda quam deceat
b
In cute curanda plus æquo operata iuuentus:
iuuentus cum nox non dies quieti concedatur

Cui pulchrum fuit immedios dormire dies:& 
ſonitum ociosorum habere

Ad ſtrepitum cythare ceſſantum ducere curam
interficiant feſtinant
c .i.in
Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones.
a morbo animi
con
Vt te ipſum ſerues non expergiſceris:atqui
recuſes con te factus.
d ſeruare te. e
Si nolis ſanus cures hydropicus:& ni:
lucem in quo ſtudeas
f
Poſces ante diem librum cum lumine:ſi non
intentōem qntum ad qntum ad opera
tuam voluntatē
Intendes anium ſtudijs & rebus honeſtis
p quolibet vitio ponit
g h
Inuidia vel amore vigil torquebere.nam cur
go p toto
ca feſtinanter incendis
Que ledunt oculos feſtinas demere.ſi quod
conodit

Eſt animum differs curandi tempus in annum:
i in ſapienter aggredere

Dimidium facti qui cœpit:habet:ſapere aude
nam ille plongat tempus curandi
k
Incipe:viuendi qui recte prorogat annum:
ſimilis ſ.qui donec vt poſt defluxum pertranſire
ruſtico poſſit aluēum ſiccarū amnis
Ruſticus expectat dum defluat amnis:at ille
ſic etiam tempus curandi labitur & labetur

Labitur:& labetur in omne volubilis æuum
cauſa prolis pcreande & non voluptatis
l
Queritur argentum puerisq; beata creandis
queritur non arare
mitigantur
Vxor:& inculte pacantur vomere ſiluæ

Quod ſatis eſt:cui cōtingit nihil ampli⁹ optet
quia illa ſupflua
ager
Non domus:& fundus:nō æris aceruus & auri
ab poſſeſſoris p qualibet infirmi
remouit tate ponitur.
Aegroto domini deduxit corpore febres

x SVB domina meretrice. Nam vt virtus homini optima parens eſt & caſte pudiceque noſtrum animū educat.Ita voluptas illum corrūpit et ſeruū ſibi reddit et meretricio more animi corporiſq; bonis expoliat.

y NOS numerus ſumus. Eos qui abſint ſtudio philoſophie ait numerum tātum modo explere hominū . nec alii vlli rei eſſe natos quā vt fruges & conſumeret.

z SPONSI penelopes Non ſponſi.erant enim proci.ſed qui ſponſi eſſe cuperent Sic Virg. Et gener auxilium priamo phrigiiſq; ferebat.i. qui gener eſſe cuperet.

a NEBVLONES alcioniq;.Paraſitos & adulatores intelligit. qui apud altionum regem erant . hi ergo omnes volptatem ſecuti pecudum vitam degebant.

b OPERATA in cute curanda . ideſt que ſe exercet in curādo corpore pluſq; equū ſit.Non enim negligēdus eſt cultus corporis. ſed nō debemus nimiam & maiorē q̄ oporteat curam adhibere ergo recte adiunxit plus equo.

c VT iugulent homines. Res omino inique. vt qui ſcelus commiſſuri ſunt adeo in re patranda vigilantes ſint. Tu autem ea diſcas que ad ſalutem tuā pertinent non poſſis expergiſci. Eſt autem contrarium color rhetoricus.

d SI nolis ſanus.Primum autē eſt vt occurramus morbo antequā veniat. ſed ſi hoc tu non feciſti cura ipſum pelere poſtq̄ venit.

e HYDROPICVS. Metaphora a corpore ad animū.

f ANTE diem.ante lucem Raro tamen in hac ſignificatione. potiuſq; ante diem ante tempus ſignificat. Maro. ſed miſera ante diem ſubitoq; accēſa furore. Et Ouidius Filius ante diem patrios inquit in annos.

g INVIDIA vel amore. Si nō excitariſ vt philoſophorum libris medearis animo tuo multe perturbationes vt iuidia eſt et amor te illiſ egrotantem vexabunt.

h TORQVEBERE.i. qñ ſenſerit maximum eſſe diſpendium ſapientia caruiſſe.

i DIMIDIVM facti. Ab Areſtotile ſumpſit hanc ſententiam. Ille enim ait. principium plus eſſe. quam dimidium totius.

k INCIPE qui recte &c. Ait qui recte viuendi per viuendi tempus differt ſimilis eſt ruſtico volenti flumen trāſire.& expectanti donec totū defluat.

l QVERITVR argentum Aurea ſententia. Nam tantū diuitiarū querendū eſt quantum ad vitam degendam ſat ſit.Nam maiorem illarū cumulum qui querit ſibi curas cōpat & ſollicitudines quas omnes vitare cupiunt neq; morbos e corpore pellunt.

Annū at. horaz.—

m VALEAT. Nunq̄ poterit frui bonis ſuis quiſq̄ cuius animus non valet. ideſt non eſt a languoribus & ſollicitudinibus vacuus.

☞ n VT lippum &c. Quemadmodum lippus nō delectatur pictura. quoniam illam cernere non poteſt. Sic animus noſter variis curis confectus diuitiis non valet frui.

o SINCBRVM eſt. Niſi vas purum fuerit & male ſaporis expers vinum quod infundiť in eo ſapore corrūpiť. Sic animus aliqua moleſtia oppreſſus voluptatē ſibi oblatam corrumpit.

p SPERPE voluptates: Qui voluptates ſpernit illarū deſiderio non torquetur. qui rurſus ſine deſiderio eſt. is pfecto trāquillam vitam agit.

q SEMPER auarus eget. Ergo nunquā quieſcet ſi ſemper erit in deſiderio. inuidus autem cum doleat ſecundis aliorum rebus ſeipſum ſemper excruciat iratus ea facit.

r SICVLI tyranni. Sicilie duo tyranni. phalaris agrigētenus. & Dioniſius ſiracuſanus. his viſum eſt nullū tormentum tam grande eſſe vti inuidiam.

deducit — morbos mentis
ob — m — vt
Non animo curas. valeat poſſeſſor oportet:
acquiſitis
Si comportatis rebus bene cogitat vti
quia — habere ampliora — delectat
Qui cupit aut metuit: iuuat illū ſic dom⁹ aut res
ſicut — pictura tabularū — emplaſtra ꝛ huiuſmodi
n
Vt lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram:
ꝛ vt iuuant
Auriculas cythare collecta ſorde dolentes
purum — acidum fit
o
Sincerū eſt niſi vas: quodcunq̄ infundis acceſit:
p
Sperne voluptates nocet empta dolore voluptas
quia — deſiderio
q — ſuo ſed
Semper auarus eget: certum voto pete finem
ſperne voluptates — cruciatur — fecundis.
Inuidus alternis macreſcit rebus opimis.
2 iterū — principes — tunc
ſperne — r
Inuidia ſiculi non inuenire tyranni
nam furore commiſimus
qđ ira flagramus
Maius tormentum: qui non moderabitur iræ:
quia id facit quod eum feciſſe
s — penitet nimia indignatione
Infectum volet eſſe. dolor quod ſuaſerit & mens
dum penas feſtinanter exigit per violentiam
Dum pœnas odio per vim feſtinat inulto.
cito tranſiens — compeſce — obtēperet
t
Ira furor breuis eſt: animū rege: qui niſi paret ☞
diſcretione — ratione
Imperat: hūc frenis hunc tu compeſce chatena
inſtruit — aptum doceri.
v
Fingit æquum tenera docilem ceruice magiſter
ad venandum aptus
eo
Ire viam quam monſtrat eques. venaticus ex quo
Tempere ceruinam pellem latrauit in aula:
docetur venari — pcipe — mundo a vitiis
Militat in ſiluis catulus: nunc adhibe puro ☞
doctrinam.
Pectore verba puer nunc te melioribus offer
quia
x — y
Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem
nimis tarde incedis ego ita
te inuito ad virtutes
Teſta diu: quod ſi ceſſas aut ſtrennuus anteis
moroſum te — non ſum
moleſtus
Nec tardum opperior: nec precedentibus inſto.

s INFECVM volet. &c. Nam ira qui caret ratione cō tractum condemnat. et optat infectum.

t ANIMVM rege. Nam animus niſi obedierit incipit imperare. imperium autem animi ſemp intollerabile eſt.

v FINGIT equum. Vt magiſter equum adoleſcentem in quemcumq̄ vſum volet fingit & format. Sic nos animum noſtrum ſi nō vitia ex habitu contraxerit ad omne rectū formabimus. permulti enim intereſt quavia a tenera etate aſſueſcamus. nam vt catuli ſi obiecta ceruina pelle domi eam feram inſectari aſſueuerint. deide in ſiluis ſemper inſectabūtur. ſic animus noſter virtuti principio aſſuefactus ſemper deinceps eadē via perget. Quia primitiua illa impreſſio in tenera mente facta ita durat vt odor rei. que in nouam teſtam. ideſt in fictile nouum infuſa eſt.

☞ x QVO ſemel &c. Prouerbialis ſententia.

☞ y RECENS. Nuper facta. & in q̄ nondum quicq̄ infuſum fuerat.

# Argumentum tertie epiſtole.

a D iulium florum amicum ſuum ep̄ſa eſt. Ad quem etiam in libro carminum odem ſcripſit. cuius principium eſt. Pindarū quiſq; ſtudet emulari. Mira aūt vtitur inſinuatione. nam cū illum auaritie reprehendere inſtituiſſet. multa prius interponit quibus hominē patientiorem reprehenſionis reddat. Interroget igitur quibus in regionibus ſub claudio militet. & an quiſq; ſit qui res geſtas ceſaris ſcribere paret. Interrogat & diligenter de titio poeta. Reprehendit celſum q̄d alienos libros vendicet. ip̄m deniq; ab ingenio laudat vt his laudib⁹ eū ita demulceat vt patiēter ſua errata auditur⁹ ſit. h. d



## Q.V. hora. flac. Julio floro

binomius erat … miliciā exercet … finibus
a
i Vli flore quibus terrarum militat oris
druſus filius claudij
Claudius auguſti priuignus ſcire laboro
p thracis … fluuius … glaciali
an … thracie b
Thraca ne vos ebruſq; niuali compede vinctus
ne maria … fluentia
c
An freta vicinas inter currentia turres.
fertiles … detineant
d
An pigues aſiæ campi colleſq; morentur
ſcolares tui ſtudioſi … q̄ carmina componit … ſcire etiam
e
Quid ſtudioſa cohors operū ſtruit hæc q̄q; curo
fortia facta
Quis ſibi res geſtas auguſti ſcribere preſumit
curo ſcire ea que gessit auguſtus … ſpargit … eternitatē
f … g
Bella quis & paces longum diffundit in æuum
faciat … latina vt cito legetur … celebritatē vt oī
h … ſcolaris tuus … i hora de illo loq̄t
Quid titius romana breui venturus in ora
a q̄ omnis lirica vis manat … extimuit.
k
Pindarici fontis qui non expalluit hauſtus
contemnere … titius eſt … in promptu poſitos
l
Faſtidire lacus & riuos auſus apertos
curo ſcire qualiter … an
m
Vt valet. vt meminit noſtri fidibus ne latinis

a IVLI flore. Fuit aūt vn⁹ ex claudii neronis cohorte. i. inter amicos claudii neronis de quo late in odis dictū eſt.

b NIVALI cōpede. Quia hiemali tēpore glacie cōgelat.

c VICINAS vrbes. Seſtū et abidon itelligit que ad ſtadia. xxx. id enim eſt quattuor milia & quarta pars. quod ſpacium xerxes olim ponte coniunxit.

d PINGVES aſię campi. Fertiliſſima enim aſia campeſtris & collima eſt.

e QVID ſtudioſa cohors Nam claudius iſte. vt alibi legitur & Ouidius edocet ſtudioſus fuit. & ſtudioſos adamauit.

f BELLA & paces. ideſt que in pace & bello geſſit.

g IN ęuum longum. q. d. in eternitatem. Nam preclara maximorum virorum facinora obliuione mergūtur niſi ſcriptores ſuis monimētis illa ab interitu vendicent. Sicut etiam in odis oſtēſum eſt. vbi dicit. Dignum laude virum muſa vetat mori.

h QVID titius. Titius poeta hic voluit pindarū ſermone vertere. Deridet aūt hunc Horatius quod auſus ſit ſacrū opus contaminare. Poſt tn̄ & vere laudat. Nam tiberii comes et doctiſſimus fuit & lyrica conſcripſit.

i IN ora. i. in celebritatē & famā. vt oium ora de illo loquāt ſic Ennius de ſe. Nemo me lachrimis decoret. nec funera fletu faſſit. cur volito docta per ora virum.

k NON expalluit. Non timuit. quāuis ardua difficilimaq; res ſit vt ipſe in carminum libris oſtendit pindarū imitari.

☞ l FASTIDIRE lacus. Manet in trāſlatione. Et pindarum fōtem appellat a quo omnis lyrica vis manare videtur. reliquos lacus & fontes qui inde pfluant appellat

m FIDIBVS latinis. Stilo & lingua latina.

pindaricos quia pindarus thebanus fuit · auſpicio muſarũ

n Thebanos aptare modos ſtudet. auſpice muſa

in tragedijs · de q̃ verbo in poetica dictũ eſt

o An tragica p deſæuit & ampullatur in arte.

etiam curo ſcire · quia non pfeci.

q Quid mihi celſus agit: monit⁹ multũq; monẽd⁹

r Priuatas vt querat opes & tangere vitet

ſ Scripta palatinus quæcunq; recepit apollo:

aliquando.

Ne ſi forte ſuas repetitum venerit olim

quas cornix aſſumpſerat

t Grex auiũ plumas moueat cornicula riſum

coloratis pennis quas furata erat.

Furtiuis nudata coloribus. v ipſe quid audes:

ironia

x Que circũuolitas agilis thima: nõ tibi paruum

qđ eſt minus nature · qđ eſt artis & doctrine · hirſutũ nõ exercitatum

y Ingenium non incultum eſt. nec turpiter hirtum

quia · ciuilis qđ pertinet ad iudicem

z Seu linguam cauſis: ſeu ciuica iura

componis iucundũ

Reſpondere paras: ſeu condis amabile carmen

dignitas · victoriam tuam indicantis

a Prima feres hædre victricis premia: b quod ſi

nociua · auariciam que fouet & nutrit curas

Frigida curarum fomenta relinquere poſſes

Quo te celeſtis ſapientia duceret: ires

nos

c Hoc opus. hoc ſtudiũ parui properemus & ãpli

p eam enim & patrie & nobis prodeſſe poterimus

Si patrie volumus: ſi nobis viuere cari.

tanti ſit

Debes hoc etiam reſcribere: ſi tibi curæ

cõiuncta

Quanto conueniat d numatius, an e male ſarta

fruſtra · cõiungitur · ſed

Gratia ne quicquã coit. & reſcinditur. at vos

feruens ppter irã · ignorantiã

f Seu calidus ſanguis: ſeu g rerũ inſcitia vexat

iniquũ eſt

h Indomita ceruice i feros: vbicunq; locorũ

qđ olim fraternũ fuit · amorem

Viuitis indigni fraternum rumpere fœdus

q. d. ego multũ opto veſtrũ reditum & ſiue veneritis imolabo p vobis pinguem bouem

Paſcitur in veſtrum reditum votiua iuuenta

n MODOS. Nam verſus lyricos modulãtur poete.

o AN tragica. Oſtendit illũ vtraq; facultate valere lyrica & tragica.

p DESEVIT. Quia grandia & ſeua plerumq; ſcribunt tragici.

q QVID mihi agit &c. Loquitur tanquã ſi quid bene egerit ſibi ſit voluptati futurum. atq; hac beniuolẽtia preparat ſibi locũ ad illũ reprehendendũ. vt ex amicitia nõ ex odio id aggredi videat.

r OPES priuatas: ideſt ex ſe ſcribat vnde ſibi gloriã paret non autem ſurripiet ex libris alienis que pro ſuis deindeedat.

ſ PALATINVS appollo Hoc templũ ab auguſto edificatum alibi oſtẽdit huic ergo deo poete ſua volumina conſecrabant.

t GREX auium plumas. Aiunt qñq; cornicem ornatus cauſa pulcherrimas pennas a variis auibus clanculũ ſurripuiſſe. & pprias exuiſſe illas induiſſe. & ſe ſpectandã in tanta pulchritudine omnibus prebuiſſe. ſed paulopoſt repoſcẽtibus ſuas quiſq; plumas nuda relicta omnibus riſum mouit. Idem ergo iure euenire poteſt illi poetę qui nihil ex ſe ſcribit ſed aliũde omnia compilat.

v IPSE. Tu iuli flori.

x CIRCVMVOLITAS agilis thima. Optime hominẽ laborioſum & induſtriũ apibus comparat. nam vt ille ad varia ſe cõuertũt et modo metyn parant que prima cruſta eſt fauis. deinde piſſoceron. Tertio propolim. Iſte enim tres cruſtę veluti fundamenta ſunt. poſtremo cęram fauoſq; ac mella. ſic ille ad varia conuertitur.

y INGENIVM non paruum. Quod nature munus eſt nõ incultum quod eſt artis & doctrine. ſunt igit omnia preclara ab eo poeta expectanda. Qui & nature & doctrine; opibus ſuffultus ad ſcribendum accedat.

z SEV lingua. Oratorem conſultũ. & poetam eſſe demonſtrat.

a PRIMA premia. Vt nõ ſolũ ſecundas aut tertias. ſed omnino primas obtineas.

b QVOD ſi frigida &c. Cum iam ab omnibus laudauerit amice errorem arguere. Ipſe enim ſibi cauſa eſt. ne euadat in egregiũ poetã. quoniam mẽtem ſuam occupet variis curis. Oportet enĩ poete mentem vacare omni ſolicitudine vt vata ad muſas conuertat. Recte ergo Iuuenalis. quis locus ingenio niſi cum ſe carmine ſolo. Vexant & dominis cyrrhę nyſeq; feruntur. Pectora noſtra duas non admittentia curas.

c HOC opus. ſ. incumbere ſtudiis ſapientię cui rei parue & ampli. i. cuiuſcumq; fortune ſumus. Ea enĩ & patrie & nobis prodeſſe poſſum⁹

d NVMATIVS. Nunc ipſum inconſtantie infidelitatiſq; arguit. Inceſſerant enĩ inimicitie inter hunc & numatium plancũ. deinde opera amicorum. et maxime horatii recõciliati inter ſe fuerãt nunc autem intellexiſſet poeta reconciliationem illã pene diſcindi familiariter vtrũq; increpat. Oſtẽditq; eos vehementer amare cũ iuuencam pro illorũ reddit u voueret.

e MALE ſarta. Tranſlatio a veſte. Sarcire enim et in ſupino ſartũ eſt diuiſas partes cõiungere & cõſuere. Ergo male ſarta. i. male cõiũcta eſt gratia. que non coit. i. non durat in coniunctione. ſed reſcinditure

f CALIDVS ſanguis: Propter iram dicit que eſt accenſio ſanguinis.

g RERVM inſcicia. Nam omnis animorum perturbatio ab inſcicia eſt.

h INDOMITA ceruice: Indomita ſuperbia qua inequalitatem qua amicitia cõtinetur deſcendere vetamini.

i FEROS. Contraria res humanitati & mãſuetudini.

# Argumentum epiſtole quarte.

a D albiũ ep̄la eſt que circa principiũ ep̄le laudat a rectitudine iudicij vt ſibi viam muniat ad rep̄hēſionem iuſtiſſimam: Vult enim hoīem admonere vt cũ in bonoꝵ affluētia cōſtitutꝰ ſit deponat ſuperuacuas animi curas. Hoc dicit.



## Ad albinũ amicum ſuum.

carminũ
o k l
a Albi noſtrorum ſermonũ candide iudex
ſtudere an ſcribere a pedo oppido
Quid nũc te dicā facere in regione pedana
an dicā te m p caſſu excellat
Scribere quod caſſi parmenſis opuſcula vincat:
dicā te n latenter ſubire
An tacitum ſiluas inter reptare ſalubres:
Curantem quicquid dignum ſapiēte bonoq; eſt
o prudentia naturali
Non tu corpus eras ſine pectore. dij tibi formam.
p modũ exponendi
Dij tibi diuitias dederant artemq; fruendi
mouere et optare melius
Quid voueat dulci nutricula maius alumno
q intelligere vt eloqui r intelligat
Quam ſapere & fari poſſit quæ ſentiat. & cui
vniuerſal' bñuolētia robur in mēbris copioſe
Gracia fama. valitudo contingat abunde
vnde viuere poſſit r ſt ſacco nũmario
Et mundus victus non deficiente crumena:
ſ acq̄rendi vel diu viuendi
Inter ſpem curamq; timores inter & iras
vltimũ
Omnem crede diem tibi deduxiſſe ſupremum
Grata ſuperueniet quæ non ſperabitur hora
t
Me pinguem & nitidũ bene curata cute viſes
Cum ridere voles epicuri de grege porcum.

k ALBI noſtrorũ candide iudex q. d. recte quoniã in iudicio tuo nulla apparet macula.

l SERMONVM. Vtebatur eni horatius iuditio huiꝰ hominis tanq; & veri & docti in ſermonibus quos ſcripſerat. Facileq; crediderim poetam ita poetã eum laudare quoniam in iudicando libertate vteretur albius. ergo laudat vt videat auidiſſime audiſſe ſi quid ab eo reprehēſũ ſit. & tacite amonet vt ipſe quoq; non inuitus accipiat ſi qua in re ab eo reprehēdat.

m CASSI. Pro caſſii per appocopē: Hic parma vrbe poeta non ignobilis. qui brutianas partes ſecutus eſt. atq; illo deuicto athenas ſe in ſtudio littrarũ ſe recepit de hoc meminit Quintilianus.

n SILVAS ſalubres. Nã et valitudini corporis ſeruiũt et ſeceſſum ad res altiores cogitandas prebēt. dixit autem reptare. vt gradiendi inter loca arboribus fructibuſq; dēſã difficultatē oſtenderet. vel ponit ſiluas philoſophie abditas obſcuraſq; ſentētias in quas ipſa reptet. i. latēter ſubeat. et tunc erũt ſalubres. quoniã a morbis. ideſt vitiis animũ purgent.

o SINE pectore. Sine prudentia naturali. oſtēdit enim fuiſſe in homine prima nature. que propter ſe expetenda multi philoſophi dixerunt.

p ARTEMq; fruendi. Virtutem intelligit que cum prima nature recepit illis fruitur.

q SAPERE. Quod eſt ſapientie & doctrinę.

☞ r FARI. Quod eſt eloquentie.

☞ MVNDVS victus. Hoc enim requirit vt luxus in victu abſit mũdicies adſit ſed ſcd'm facultatē pr̄imonii.

☞ ſ INTER ſpem Miſera illoꝵ vita quibus inter tot perturbationes vita fluit.

t ME pinguem. Porcum ſe appellat de grege epicurei. q̄a illi voluptuoſam vitã agunt et nihil a ſuibus diſtant. Nã preter eas voluptates que aut guſtu. aut tactu percipiũtur nihil in bonis numerãt. Nõ autem ſe talem eſſe dicit. quia ſit. ſed conat illũ a vita cõtraria hoc cõtrario ñ abducere. imitatꝰ eos qui curua ligna dirigunt qui non ſunt contēti vt ad rectitudinē reducant niſi in tantundem in contrarium flectant.

# Argumentum epiſtole. V

t Orquatum virum diuitijs affluentem: ſed ob auaritiam partis vti nõ audentẽ ad liberaliorẽ vitam traducere conatur. Ita tamen vt frugalitas ſeruetur: neq; queratur luxus. Hoc dicit.



## Ad torquatum.

non dedigneris
a vilioribus
ſ I potes archaicis cõuiua recumbere lectis
b vereris c d
Nec modica cœnare times olus oẽ patella
e occidẽte ſole. o expectabo
Supremo te ſole domi torquate manebo.
exiſtente conſule.i. in ſcḋo thauri conſulatu
Vina bibes iterum tauro diffuſa paluſtres
vbi creſcit vinũ inſipidũ g petroſum
Inter mincturnas ſinueſſanumq; petrinum
quam ego,piuiſt voca me ad te obtempera mihi
Si melius quid habes. arceſſe. vl' imperium fer
nitet domus ad tuũ honorẽ
h
Iamdudũ ſplendet focus. et tibi munda ſuppellex
poſtpone acquirendi certas enim nequis ſit ditior te.
i k
Mitte. leues ſpes et certamina diuitiarum
cuius es aduocatus
l m
Et moſchi cauſam cras nato cæſare feſtus
cõcedit .i. ſine pena olus enim
n diebus non licebat
Dat veniam ſomnumq; dies. impune licebit
o deducere conſumere
Aeſtiuam ſermone benigno extendere noctẽ.
ad quod prodeſt p eſt
Quid mihi fortuna ſi non conceditur vti.
etiã ſi aliquis auarus .i. nimis grauis cenſor
q
Parcus ob hæredis curam nimiumq; ſeuerus

a ARCHAICIS. Vilioribus & plebeis ab archa inſcio fabro factis.
b MODICA. Modeſta et tẽperata. dat aũt patinę quod epularum quas modicas & frugales eſſe vult.
c OLVS. Etiam male cõditum & plebeum.
d PATELLA. A patina diminutiuum eſt.
e SVPREMO ſole. Vltima diei parte. illa eni hora tpati hoies cibũ capiebant. Vir. de didone; nunc eadem labente die conuiuia poſcit.
f PLAVSTRES mincturnas. Nã hec vrbs inter paludes ſita erat. Iuue. Mincturnarumq; paludes. in his aũt locis vina deteriora ſunt.
g SINVESSANVMq; Eſt aũt ſinueſſa nõ ꝓcul mincturnis. Ponit aũt hec viliora. nedũ illũ abundantius rebus ſuis vti admonet forte credat ſe in luxum aduocari
h SPLENDET focus. Nitet domus multa. ſuppellectili. vt ſit poſit⁹ focus ꝓ domo Vel nitet focus. qa ligna tibi abũde ſunt. qbus focus igne ſplẽdere poſſit. ſed prima ſententia melior. qa ſequit & tibi mũda ſuppellex Sẽſus aũt eſt vt cũ abũdet ſuppellecti diuitiis velit illis quãdoq; vti.
i LEVES ſpes. Nã qa ſperat ingẽtiſſimas pecunias accumſare abſtinet illis vti. ſed ſunt ſpes leues. i. rerũ leuium & mutabiliũ vel hois leuis.
k CERTAMINA diuitiarũ. Conatus quos ſumis vt diuitias acquiras certaſ enim ne quis ditior ſit.
l MOSTHI. Moſchuſ pergamenus orator ſumm⁹ inſtituebat pueros. ac deniq; veneficii reus factus et plurimis oratorib⁹ defẽſus eſt de hoc meminit Quintilianus.
m NATO cęſare. Idibus iuliis natus eſt. quẽ diẽ romani feſtum celebrabant.
n IMPVNE. Quia nemini nos reprehendere licebat.
o ESTIVAM. Quippe que in ipſis iuliis idibus eſſet.
p FORTVNA. Pro diuitiis poſuit que cũ nõ ſint propter ſe expetẽde, ſed vt illis ad noſtra cõmoda cõparanda poſſimus vti fruſtra poſſidẽter niſi vtamur.
q PARCVS. deeſt ſi. ordo aũt eſt. ſi aliquis parcus. ideſt auarus ob curã heredis. ideſt qui me cupiat. omnia conſeruare heredibus & nimiũ ſeuerus. i. nimis grauis cenſor.

mihi vtar lautiori cõuiuio.i
r
Aſſidet inſano.potare et ſpargere flores
etiam parum cautus in rebus meis
Incipiam:patiarq; vel inconſultus haberi
manifeſtat celata aperit.q.d. omnia
ſ
Quid non ebrietas deſignat.operta recludit.
firmas ebrietas pauidum
t
Spes iubet eſſe ratas:ad prelia trudit inermem
releuat
u z
Sollicitis animis onus eximit.ac docet artes
copioſi potus eloquentem
v
Fœcundi calices quem non fecere diſertum
ab effectu fecere liberum
Contracta quem non in paupertate ſolutum
parare potens a propria mea voluntate.
x
Hæc ego,ꝓcurare & ydoneus imperor:& non
ita libens ſit qua menſa ſternitur
y z
Inuitus:ne turpe toral:ne ſordida mappa
nauſeam inducat
a
Corruget nares:necnon & cantarus & lanx
b vt in eis te mirari poteris.q.in ſpeculo.
c
Oſtendat tibi te ne fidos inter amicos.
aliquis a nobis extra limen proferat
d
Sit qui dicta foris eliminet:vt coeat par:

Iungaturq; pari.brutam tibi ſeptimumq;:
melior
e p.n.
Et niſi cœna prior potiorq; puella ſabinum
.i.ſummum
f
Detinet/ad ſummã locus eſt & pluribus vmbris.
modica vituperant
Sed nimis arcta premunt olidee cõuiuia capræ
g relictis negotijs & cauſis
Tu quottus eſſe velis:reſcribe:& rebus omiſſis
h
Atria ſeruantem poſtico falle clientem.

r ASSIDET inſano.ideſt non diſcedit a me ne ego patrimonium profundam. Inſano . ideſt nimio in ſumptu q.d.prohibet me ab miniſtratione bonorum veluti ſi inſanus furioſuſue ſim . Si ergo ita me ꝓhibere tentat ego cõtra faciam Nam incipiã potare & vti lautiore conuiuio id enim ſignificat per florum copiam. & patior haberi inconſultus.i.parum cautuſ in meis rebus . Nam ſi dicitur a quibus conſiliũ petitur ille erit incõſultus cuius rationẽ apetitus nunquam conſulit.

ſ QVID non ebrietas. Alterum extremorum laudat vt hunc hominem ab altero abducat. & in mediocritate in qua virtus eſt collocet.

t AD prelia trudit. Nã accenduntur ſpiritus.vnde pellitur timor.

v DISERTVM.Nam eloquentiores reddit vinũ hoies ac etiã qui anguſta paupertate premunt liberat a curis.
x IDONEVS. & nõ inuitus. nã qui a ratione imperatur is iam inſtitutus ad rem eſt & bene volens agit.Quia iam ingreditur ad virtutẽ & per electionem agit.
y TORAL. Neutri generis.vt ceruical . Eſt autem veſtis qua torus ornatur.
z MAPPA.Qua menſa ſternitur.
a CORRVGET nares.i. moueat faſtidium et nauſeã inducat . tunc enim tegitur os.operiuntur oculi.et naſus in rugas cõtrahitur cum aliquid ſordidum oſtendit. Imperat eni ratio non vt nimio luxu laſciuiat in cõuiuio ſed vt vitet ſordes.
b OSTENDAT te tibi. Demonſtrat qualis ſis.i. demonſtrat tuaſ facultates.q.d. nec maioris neq; minoris com parata ſit quam conueniat tuis facultatibꝰ vel adeo terſa ſit vt tanquã in ſpeculo in illis tuam imaginẽ cõtempleris in ſentẽtia vult luxuriẽ abeſſe.mundiciam adeſſe.
c NE fidos. Deſcripſit quale preparet conuiuium. Nũc addit conuiuas ita eligere vt omnes fidi inter ſe ſint. neq; extra illud limẽ proferat que in conuiuio dicuntur . Nam multa dicuntur ex hilaritate vini que diſſeminanda minime ſunt.
d VT coeat par. Ordo eſt. ſic inſtituam conuiuas,brutã puellã vt par pari iungat.
e NISI te ſabinum potior. ideſt melior cœna & potior puella.
f LOCVS pluribus vmbris . ideſt plures ſunt loci in meo rure qui vmbris operti pulchre nos recipere poſſunt Et eligamus loca apertiora nam arctiora premunt malo odore caprarum.vel dicamus vmbris.q.ſcurris vt ſupra in ſermonibus dixit. Cũ ſeruilio balatrone vibidius quos mecœnas adduxerat vmbras dinde ponit olidas capras pro mordacibꝰ ſcurris vt moneat ſi ſcurras velit ducere nõ ducat mordaces. nam premũt tetro odore cõuiuium.
g TV quotꝰ eſſe velis.q.d. ſcribe cuius fortune homies tibi cõuiuas adhibeam.nã ſi cupis digniores te eris poſtremus ſi iferiores eris primus.
h ATRIA ſeruantẽ. Aſſũt tibi cliẽtes qui atrio tuo te expectãt.vt te coſulant . et ſuas tibi cauſas cõmendent.tu autem illos falles.nam nõ illac domũ igredieris.ſed per poſticum.ne te ingredientem intueantur. Sic enim olim expectantem Ciceronem auxiliũ contra clodiũ imploraturũ pompeiũ fefelliſſe dicunt.



# Argumentum Epiſtole Sexte

a Vrea epiſtola.& ex grauiſſimorũ philoſophorũ ſententia rectiſſime cõcludatur animũ ꝑturbationibus vacantem btm̃ eſſe.Contra vero qui illis agitatur:eum miſerum eſſe.Hoc dicit.



## Ad Numitium.

non
n l Nil admirari properes est vna numici
k
Solaq; quę poſſit facere & ſeruare beatum
determinatis ſtatutis.
Hunc ſolem & ſtellas & ducentia certis
aliqui
l
Tempora momentis: ſunt qui formidine nulla
mori igitur diuitias aurū
m ⁊ argentum
Imbuti ſpectent, quid cenſes munera terræ
cenſes munera remotos
Quid maris extremos arabas ditantis & indos
n o p
Ludicra quid plauſus & amici dona quęris
q.d. vere non ſunt ſpectanda
q̄ ad ſermonē
Quo ſpectanda modo, quo ſenſu credis & ore
ille contraria
q
Qui timet his aduerſa fere miratur eodem
timor
r
Quo cupiens pacto pauor eſt vtrobiq; moleſtus
poſtquam
cupientem ⁊ timentem
s fortuna aduerſa
Improuiſa ſimul ſpecies exterret vtrumq;
de pñti bono de pñti malo futurū malū ꝓdeſt felicita
t homo futurū bonū tem
Gaudeat: an doleat: cupiat metuatue: q̄d ad rem

i NIL admirari &c. Hac epiſtola docet victurum feliciter eum qui ſine admiratione omia habiturus ſit. vt eni omnem ſollicitudinem ex cupiditatibus naſci dubiū non eſt. Ita cōtemptu diuitiarum conſtitutum eſſe ait.

k ET ſeruare beatū. Nam que felicitatem inducunt eadem illa inductam cōſeruāt Sed optime dixit ſeruare. Nā aduentus boni non facit felicitatem niſi idem bonū maneat. Recte enim Areſtotiles quod quemadmodum vna hirundo non facit ver, ita nec vna dies facit hominē beatū

l SVNT qui formidie nulla. Locus a minori. Diceret enim aliquis difficile eſt non admirari diuitias et honores cui reſpondet ſi non inuenimus ſapientem, qui non admiretur vltra modū celeſtia quāto minus admirabimur terrena que celeſtibus inferiora ſunt. At ſapiens adeo intrepide cuncta aſpicit. vt etiam ſi celum ruat e tranquillo animi ſui ſtatu. non excutiatur. Ergo nunq; mouebitur diuitiis & honoribus, que terrena ſunt.

m ☞ QVID. Interrogantis eſt & erit ordo. Quid. quo modo & quo ſenſu et quo ore cenſes tu & credis tu eſſe ſpectanda munera extremi maris que maxime ſunt vniones & margarite que legūtur in mare indico. & appellat etiā munera maris oderatas merces. que ex oritali plaga ad nos mari vehuntur.

n LVDICRA. Ludus appellet equibus victoria parta in ſumma admiratione erat.

o PLAVSVS Qui victoribus reddebatur.

☞ p DONA. Hi ſunt magiſtratus. qui in ſuffragio populi accipiūtur. Ergo ſunt dona populi te amātis.

☞ q QVI timet &c. Qui timet his ſiue perturbatio ſit in cupiditate. ſiue in fuga malorum ſemper cupiet bona,

r PAVOR eſt vtrobiq; Nam ſiue cupias bona ſiue timeas mala ſemper eris in formidine. Nā qui cupit diuitias ſp abhorreat paupertatē

s IMPROVISA ſpecies. Probāt ſtoici omnes perturbationes eſſe opinione. nam eſſent a natura non poſſent tolli. ſempe enim eſſent. Ergo in opinione ſunt. & ſemper improuiſa magis ledunt. nā non fuit datum ſpatium recognoſcendi eam opinionē falſam.

t GAVDEAT an doleat Nihil refert quacūq; perturbatione afficiatur modo illa e ita rapiat vt ſtupeas & torpeas. Gaudeat. quod eſt de preſenti bono & dicitur leticia geſtientis. doleat de preſenti malo que appellatur egritudo. Cupiat de futuro bono & hec libido eſt. Metuat nam metus eſt de futuro malo.

v MELIVS ſua ſpe &c. Melius ꝗ ſperauerat et eſt in bono . aut preſenti aut futuro . Peius ſimiliter in malo. Stultis autē accidit quod hec preueniant impremeditata. Vnde magis perturbantur. quia non fuit ſpatium cogitandi. Nā ſapienti cui omnes fortune impetus noti ſunt nihil impremeditatum accidere poteſt. Cogitat eni ea nos conditione natos eſſe vt omnibus calamitatibus ſubiecti ſimus. itaqȝ omnia illa ſibi accidere poſſe premeditatē. Ergo ſi euenerint q̄m prouiſa accidunt multo minus ledunt. Que aūt non euenerint ea veluti terentianus ille ſenex ſibi lucro appoſuit.

x ANIMOqȝ &c corpore torpet. Nā cū animus torpet idem etiā et corpus quod ab animo moueť facile. proprie tū torpere eſt cū nerui ſiue frigore ſiue alia re ita rigēt vt corpus moueri flectiqȝ nequeant. Sed ad animū inde transfertur. Et dicitur torpere quotiens adeo ob aliqȝ curā premimur vt imobilis fiat.

y INSANI ſapiens &c. Vſqȝ adeo debemus cauere ne quid ſupra modū cupiamus aut admiremur vt etiā ſi id in virtute agamus quā vis ſummopere expetēda nō ſani ſed inſani iure dicamur non iuſti ſed iniuſti. Quanto ergo minus cupiende ſūt aut diuitie vt eſt argentū & marmor vetus .i. antique ſtatue & era et artes. id eſt enea vaſa multo artificio fabricata. que omnia inferiora virtute ſunt aut ſi nimiū laboras habere eloquens. & aſſiduam operam in foro preſtas vt diuitias aſſequaris.

z PEIORIBVS. Ignobiliori genere.

a QVICQVID ſub terra. Oſtendit fragilitatē & mutationē rerū que habēt. nā que ſub terra nunc latent in lucē venient. & que effoſſa multa arte ſplendēt ruſus fodiēť

b CVM bene notum. Quā uis in celebri fama ſis moriē dum tibi eſt vt mortui ſunt illuſtriſſimi viri. vt numa fuit. & anchus romanorum reges. de qbus in odis dictū eſt

Si quicquid vidit melius peiuſue ſua ſpe

Defixis oculis animoqȝ & corpore torpet.

Inſani ſapiens nomen ferat æquus iniqui.

Vltra quā ſatis eſt virtutem ſi petat ipſam

I nunc argentum. & marmor vetus: æraqȝ ⁊ artes

Suſcipe cum gēmis tyrios mirare colores:

Gaude ꝙ ſpectant oculi te mille loquentem

Gnauus mane forum & veſpertinus pete tectū

Ne plus frumenti dotalibus emetat agris

Mutus et indignū quod ſit peioribus ortus

Hic tibi ſit potius quam tu mirabilis illi.

Quicquid ſub terra eſt in apricū pferet ætas

Defodiet. condetqȝ nitentia: cum bene notum

Porticus agrippe & via te conſpexerit appi

Ire tamen reſtat: numa quo deuenit & ancus

Si latus aut renes morbo tentantur acuto

Quære fugā morbi. vis recte viuere: quis nō

Si virtus hoc vna poteſt dare: fortis omiſſis

Hoc age delicijs virtutem verba putas: vt

Lucū ligna. caue ne portus occupet alter:

Ne cybiratica ne bithina negotia perdas:

Mille talenta retondentur: totidem altera porro

Tertia ſuccedant & quæ pars quadret aceruū

Scilicet vxorem cum dote fidemqȝ: & amicos

Et genus & formam regina pecunia donat.

Ac bene nummatum decorat ſuadela: venuſqȝ

c MORBO acuto: Acutē enim & acer dolor eſt lateris & renū. Renes autem dicti. quod in eis riui ſūt ſpermatis quod inde ad medullam ſpine defluit. et ad colen vſqȝ deſcendit. duo ſunt & lumbis ſub imis coxis adherēt adipe immerguntur habent cauernales ſunt venoſi & tunicati

d QVIS non. Nam nature impulſus omnes ſummum bonum deſiderant.

e VIRTVTEM ver.q.d minime. Nā virtutis moralis finis eſt actio. et nō cognitio.

f LVCVM ligna. Nō eni ex ſolis arboribus conſtat ſilua. ſed ex religione numinis eius dei cui ſacer eſt. Nā non omnis ſilua lucus eſt. ſed is qui deo ſacer habetur. Ergo vt lucus aliud eſt preter ligna ſic virtus aliud continet preter verba.

g CAVE ne portus. Stulticiam hominū oſtendit. qui in re vana & momentanea. vt diuitie ſunt tm̄ laborant. In virtute autem acquirenda in qua ſola conſiſtit vita beata non laborant.

h OCCVPET. Nam maioris vendit merces qui prior illas in portum vehit negotia aūt is perdere dicit qui ex merce lucrum non facit. ſed potius minoris vēdere cogiť

i CYBIRATICA. Cybira vrbs magna teſte. Strabo. in aſia iuxta ſindā.

k RETONDENTVR. Perficiatur. vt nihil ab aliqua parte deſit. Nam forma rotūda perfecta eſt dicitur autem rotunda a rota. Rota vero a ruendo.

l ALTERA .ſ. mille. vt Catullus. Da mihi baſia centū. da deinde altera centū. Eſt autem inflexibile & omnis generis in plurali vnde eſt. Mille hominum ſpecies. et mille talenta.

m SVADELA. Vis pſuadendi. nam cum diuitiis tanta fides adhibeatur videť preferre quandam efficaciam perſuadendi.

familijs     auri ꝛ argenti
n
Mancipijs locuplex: eget æris cappadocum rex
vide     sicut
o
Ne fueris hic tu /clamydes lucullus (vt aiunt)
pro ornatu theatri     a senatu sc3
Si poſſet centum ſcenæ prebere rogatus
quomodo     lucullus
Qui poſſum tot ait tamen & querã & ꝗ habebo

Mittam: poſt paulo ſcribit ſibi milia quinq3
ſenatus
Eſſe domi clamydum. partem vel tolleret omnes
inops     in qua
p
Exilis domus eſt: vbi non & multa ſuperſunt
quia neſcit ſe habere     q
Et dominũ fallunt: & proſunt furibus: ergo
diuitie
r
Si res ſola poteſt facere & ſeruare beatum ☞
appetas
Hoc primus repetas opus hoc poſtremus omittaſ
ſpecioſitas
s     fauor
Si fortunatum ſpecies & gratia præſtet
p dicet
Mercemur ſeruum qui dictet nomina: ſeuum
ſculpet     turbam que pondus affert tranſmiſſe dextre
t
Qui fodiat latus & cogat tranſpondera dextram
dñs meus
v     x
Porrigere hec multum in fabia valet ille velina
honores     .i. curules ſellas ex ebore factas
y
Cui libet hec faſces dabit eripietq3 curule
quia aufert
Cui volet importunus ebur: frater. pater. adde:
curialis     a
z
Vt cuiq3 eſt ætas: ita quemq3 facetus adopta
ille     recte
clarũ eſt
Si bene qui cœnat: bene viuit lucet. eamus ☞
nos     ſicut
Quo ducit gula piſcemur: venemur. vt olim
ille romanus     theria
f. fecit
Gargilius qui mane plagas. venabula. ſeruos
hoibus repletum
b
Differtum tranſire forum populumq3 iubebat
quatenus
Vnus vt e multis populo ſpectante refellet
quem ſe dixit venando ceptiſſe
Emptũ nullus aprum crudi tumidiq3 lauemur
nos     c
Quid deceat. quid non obliti. cerite cera.
nos     hoies remiges
d
Digni remigiũ vitioſum. itacenſis vlixei

n MANCIPIIS. In eadẽ irriſione permanet vt hortetꝰ non ſatis eſſe vnũ genus diuitiarum. ſed querenda omnia genera.

o CLAMIDES lucullus Approbant auari opinionẽ illam ꝙ plutarchus in vita ariſtõis philoſophi eſſe vult homines potius ſuperfluis fortune bonis quam neceſſariis & cõmodis beatos eſſe. Vnde ſcopas theſſalus cum quidam ab eo quippiã contenderet quod neq3 neceſſarium ſibi neq3 valde cõmodum eſſet huiuſmodi inquit rebus locuplex ſum. et fœlix ſuperuacuis. ſ. & nihil neceſſariis. Hac ergo ratione fuiſſet beatus Lucullus cuius teſtis tanta eſſet vt quinq3 milia clamidum domi inſcius haberet. Rogatus itaq3 vt in vſum ſcenę centũ clamydes cõmodaret. negauit ſe ſcire an haberet. Deinde domum reuerſus cõperit habere quinq3 milia.

p EXILIS domus. Irridẽdo hoc dicit. dum reprehendit ſuperuacua auaritię.

☞ q FVRIBVS. Quia licet ipune ea tollere que ſibi adeſſe ignorat dominus.

r SI res. ſola. Enumerat. diuitias. honores. voluptates & reliqua huiuſcemodi. & dum videtur concedere vt illis veluti ſummo bono vtamur arguit nõ eſſe bona. Deniq3 concludit vt ſi nouit aliquid rectius quam ſua opinio que eſt vt in virtute ſit ſũmũ bonũ doceat. Si non nouit ſequatur ſentẽtiam ſuam Ergo concludit ſi res. ideſt diuitie poteſt facere hominem beatum incumbe diuitiis.

ſ SPECIES & gratia. pro honoribus ac magiſtratibus poſuit.

t LATVS ſuffragatoris. Vt excitat & porrigat dexteram & promittat ſuffragationem.

v MVLTVM valet. Ergo blande hominẽ ambire memento.

x FABIA & velina. Nomina ſunt tribuum.

y DABIT faſces. Tot ſecũ trahit ſuffragatores vt poſſit & dare & eripere magiſtratus cui volet. ergo diligenter eſt ambiendus. Poſuit autẽ faſces & ſellam curtulẽ que eburnea erat inſignia magiſtratuũ ꝓ ipſis magiſtratibꝰ.

z VT cuiq3 eſt ętas. Hortatur vnumquemq3 honeſtatẽ amantem. vt omnem hominem prout eius ętas expoſcit alloquitur illum.

a ADOPTA. Vrbana locutio. nam qui eum fratrem qui non frater ſit videtur illũ adoptaſſe.

b DIFFERTVM. Vndiq3 refertum hominibus. & per tranſitum carpit vanitatis gargiliũ qui magna pompa per coſpectum populi venatũ ibat. Deinde ferinas nõ captas ſed emptas referebat.

c CERITE cera. Cerites populi ſunt quos cum viciſſent romani ſtatuerunt vt nunq3 leges ederent nec leges haberent. Quod multum ignominioſum fuit. Et per hoc dum ſecundum ſectam voluptuoſorum poſtponamus omnẽ honeſtatem & ſimus in numero ceritum. ideſt ſine lege Ita hũc locũ intelligit Acron

d Remigium. Homines remiges ſic & ſaluſtius. ſollicitata ſeruitia pro ſeruis dixit. proprie tamen remigium eſt ipſa remigatio. Vir. Remigio allarũ .i. tales ſumus quales fuerunt remiges vlixis quos homerus in varias feras mutatos fingit. quia variis vitiis laborabant.

e PATRIA. Hāc ponit homerus ꝓ ſūmo bono que eſt patria animorū noſtrorum tunc eni in ſuā patriā redit. ſed vitioſis voluptas potior eſt quam patria.
f VIVE vale. Hoc ad epiſtole principium referas ſitq; ſententia. O numici ſi tu nouiſti rectis & verius ꝙ iſta que dixi de ſummo bono.
g CANDIDVS. Bonꝰ & ſine inuidia. nā inuidus non candidus ſed liuidus eſt. Sin aūt nihil nouiſti rectius vtere his que ego dixi. Nō aūt ſine ratione dixit mecū. q.d. non ego hec precipio & ſacio.
h IMPARTI. ideſt redde me participem. nam cū academicus ſit nullius addictus iurare in verba ſemper melióri obtemperabo.

viri e vetita
Cui potior patria fuit interdicta voluptas
poeta ſicut
Si mnermus vti cenſet ſine amore iociſq;

Nil eſt iocundum viuas in amore iociſq;
ꝙ dixi de ſummo bono
f
Viue: vale. ſi quid nouiſti rectius iſtis.
g h
Candidus imparti ſi non: his vtere mecum.

# Argumentum Epiſtole. VII.

Et vera & ad legendū ſalutaria ꝑcepta in hac ep̄la concludit horatius. Primo enim demōſtrat licere nobis ſaluo iure atq; honeſto nō ſeruare ꝓmiſſa que ſeruata & nobis nocerent & ei cui ꝓmiſimus nulla in ꝑte prodeſſent. Preterea eſſe veri amici nō exigere ab amico id ꝙ aduerſus cōmodū ſuū ſit poſtremo negat eſſe boni viri vel ſuis beneficijs alterius libertatē emere: turpeq; eſſe hoībus illā vl' mūeribꝰ vēdere: lōgeq; ꝑſtare ĩ pauꝑtate degere citra tā ē vitiū ꝙ aduerſus naturā ſuā laborioſa ſubire.



## Ad Mecenatem

a QVINQ;. In hac epiſtola ſe mecœnati excuſat qꝛ diutiꝰ ruri moretur propter autumnum.

b RVRE. Pro ruri. Sic Maro. Numero deus ĩpare gaudet pro impari. nam recto ſi dicimus rure reuertor. ſed maneo non rure ſed ruri.

